

Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & porta inferi non prevalebit adversus eam: & tibi dabo claves regni Calorum. Hic ergo ligandi, atque solvendi potestatem primus accepit a Domino; primūque ad fidem populum virtute suae praedicationis adduxit. Ceteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt; ipsūque principem eorum esse voluerunt: qui etiam jubente Domino in toto Orbe dispersi Evangelium praedicaverunt. §. 1. Ipsi quoque decedentibus in locum eorum successerunt Episcopi: quorum ordinatio praetaxato debet fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui autem spernit eos; eum, a quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipse indubitanter spernetur a Domino. §. 2. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam: inde ab eis electi sunt IXXII. Discipuli; quorum typum gerunt Presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia.

1. Matth. ult.

2. Luc. 10.

3. Matth. 9.

4. In Decretis cum 70. Episcopis.

5. Polyc. l. 1. tit. 2. Ansel. l. 1. c. 69. Burch. l. 3. c. 220. Pann. l. 4. c. 7. 8. Matth. 16.

6. Inf. Dist. 22. can. Sacrosancta, ex Anacleto.

7. Gratian. 3. Pars. 2. ubendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas. Unde

III. Item GELASIVS urbis Romae Episcopus omnibus Orthodoxis. [An. 495. Roma.] Primatum Romanae Ecclesiae non aliqua Synodus, sed Christus instituit.

IV. NICOLAUS PAPA I. ad Michaelē Imperatorem, in Epistola, cujus initium est, Proposueramus. [An. 865. Romā Constantinopolim.]

V. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

VI. Item NICOLAUS PAPA I. eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] Inferiores Majoribus nec benedicere, nec maledicere possunt. Inferiores Majoribus nec benedicere, nec maledicere possunt. Inferiores Majoribus nec benedicere, nec maledicere possunt.

VII. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

VIII. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

IX. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

X. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

XI. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

XII. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

XIII. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

XIV. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

8. Ansel. l. 7. c. 144. Ivo, p. 5. cap. 17. & par. 6. c. 285. Hic. 7. c. al. impraetermissa. al. jubente. al. benedicere nitatur.

quam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet Inferior non audeat penitus benedicere. Cur hoc? numquid benedicere peccatum est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt: sed per hoc innotuit, quantā ceteris fratri frateri quique ad eam Praepositis iudicandis coercendis sunt, si his nec etiam benedicendi jus ullum penitus obtineant.

PITH. 4. Sed. V. C. si. De. abest a V. C. A Jus. V. C. ad suos iudicandos Praepositos. Coniunge c. Sex. i. q. 1. & c. Presbyteri ix. q. 3.

VII. IDEM eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.] De eodem.

Nunc autem Divina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam ritē ab iis, qui inferioris Dignitatis, vel Ordinis sunt, iudicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum, Marcellinus Episcopus urbis Romae, qui postea insignis Martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numeroforum Concilio Episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei seipsum omnes perhiberent: Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Et iterum: Noli, aiunt, audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. Et rursus: Quoniam ex te, inquit, iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur a quoquam. IDEM in eadem. §. 1. Sed & cum quidam tempore quodam contra Xistum Papam tentasset quaedam mali rumoribus objicere, & in Concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset: Non licere adversus Pontificem dare sententiam; surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio praefati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum, minorum, vel inferiorum urbium subactus iudiciis invenitur.

9. Polyc. l. 1. tit. 20. Ansel. l. 2. cap. 67. al. 65. Ivo, p. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6.

10. al. non boni orig.

VIII. IDEM NICOLAUS eadem Epistola. [An. 865. Romā Constantinopolim.]

Submittitur Ignatius minorum, inferiorum, & subjectorum deliberationibus, cum sacris Canonibus praecipitibus, & exemplis Sanctorum Patrum, semper, ubi est major auctoritas, sit eundem, & in omnibus controversiis ad potioris sedis iudicia actio dirigatur. Quod non solum a Catholicis, verum etiam ab ipsis constat observatum Haereticis. Alioquin acephalum liquet esse Concilium, ubi de tanta persona agitur, & majorum non expectatur sententia; cum nec in causa Clericorum inferioris gradus, solius Episcopi sui iudicium tantummodo postulandum sit.

11. orig. non habet. al. praestolandum.

IX. IDEM NICOLAUS ead. Epist. [An. 865. Romā Constantinopolim.]

Minorum sententia, Majoribus damnare non valet.

In tantum hanc praesumptionem Sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, ut Diocorum ultimum Antifitem inter cetera, idcirco potissimum sine ulla restitutione damnaverint; quia in contumacia permanens erga primae sedis Romanae privilegium, respicere a suis perpetrationibus, ut servaretur a prima sede Apostolica, noluit: & ponens in caelo os suum, & lingua eius transiente super terram, excommunicationem in S. Leone Papam declavit, ita ut in sententia contra ipsum prolata, hoc viderentur memorare praecipue, dicentes: [Quoniam secundum excessibus priorem iniquitatem valde transiecit. Praesumpsit enim & excommunicationem dicere adversus Sanctissimum, & Beatissimum Archiepiscopum magne Romae Leonem.] Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste, an iniuste ipsam Diocorus excommunicationem dicit? Non plane: sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt: quia cum esset Inferior, Potior quibuslibet conatus est lacessere contumeliosus, teste Anatolio Constantinopolitano Praefule; qui dicit: Propter fidem non est damnatus Diocorus: sed quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni.

12. Polyc. l. 1. tit. 20. Ansel. l. 2. c. 65. Ivo, p. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6. & 7. Pfall. 72.

13. In Concilio Chalcedonen. actione 5.

CORR. ROM. a. In contumacia. Hinc usque ad verb. ponens. addita sunt ex originali.

DE PATRIARCHARUM ORDINE. DISTINCTIO XXII.

QUIA ergo Major a Minori iudicari non debet, videndum est, quae inter ceteras Ecclesias primatum locum, quae secundum, vel tertium obtineat. Romana Ecclesia (sicut supra dictum est) primatum locum inter ceteras obtinet: Alexandrina secundum, Antiochena Ecclesia tertium ab ea locum accepit. Unde

14. GRATIAN. 1. Pars. c. c. 66. Ivo, p. 5. c. 9.

15. junior. Anf.

I. NICOLAUS PAPA II. scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum Legatum suum. [An. 1060. Romā in Insulubrum.]

Romana Ecclesia ceterarum primatum tenet.

16. Ansel. l. 1. c. 63. al. 64.

OMNES five Patriarchi cuiuslibet apices, five Metropolitanus, aut Episcopatum cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis Dignitates instituit Romana Ecclesia. Illam vero solum ille fundavit, & super Petram Fidei mox nascentis crevit, qui Beato aeternae vitae Clavigero terreni simul & caelestis Imperii iura commisit. Non ergo quilibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructum est caelum, & terra; per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium, quia quibuscuilibet Ecclesiae jus suum detrahit, injulitiam facit. §. 1. Qui autem Romanae Ecclesiae privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum Capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in haerem labitur; & cum ille vocetur iustus, hic est proculdubio dicendus haereticus. Fidem quippe violat, qui adversus illam agit; quae mater est fidei: & illi contumax invenitur, qui eam cunctis Ecclesiis praetulisse cognoscitur. §. 2. Unde & ipse S. Ambrosius loquitur in omnibus sequi magistratam sanctam Romanam profiteatur Ecclesiam.

II. Item ANACLETUS servus Christi Jesu ad omnes Episcopos, Epistola 3. c. 3. [An. 104. Romā.]

Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Romana Ecclesia primatum accepit.

17. In praefatione Concilii Nicaeni. Polyc. l. 1. tit. 2. Ansel. l. 1. c. 65. Ivo, p. 5. c. 2. Pann. l. 4. c. 2. Matth. 16. c. 21. e. quatuor.

Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi regem assecuta est: sicut ipse B. Petrus Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; & porta inferi non prevalebit adversus eam; & tibi dabo claves regni Calorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. §. 1. Adhuc etiam sollicitas in eadem Romana urbe Beatissimi Apostoli Pauli vas electionis, qui uno die, unaque tempore gloriosa morte cum Petro sub Principe Nerone agonizans coronatus est: & ambo sanctam Ecclesiam Romanam contecerunt, alitque omnibus urbibus in universo mundo sua praesentia, atque venerando triumpho praetulerunt. Et licet pro omnibus assidue apud Deum Sanctorum effundatur oratio; his tamen veris Paulus Beatissimus Apostolus Romano proprio chirographo pollicetur, dicens: Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio fidei eius: quod sine intermissione memorarum vestri facio, semper in orationibus meis. §. 2. Prima ergo sedes est caelestis beneficii Romanae Ecclesiae, quam (ut memoratum est) Beatissimi Petrus, & Paulus duo martyrio consecraverunt. §. 3. Secunda autem sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine a Marco eius Discipulo atque Evangelista consecrata est: quia & ipse in Aegypto primum verbum veritatis directus a Petro praedicavit: & gloriosum suscepit martyrium; cui venerabilis successit Abilius. §. 4. Tertia vero sedes apud Antiochiam eisdem, id est, Beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis; quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, & Ignatium Episcopum constituit: & illic primum nomen Christianorum novella gentis exortum est, & post pauca.

18. Row. 1. 2. Pars. Pann. l. 4. c. 4.

19. Polyc. l. 1. tit. 1. Ansel. l. 1. c. 7. Burch. l. 1. c. 149. Ivo, p. 5. c. 266. al. discreto & licet. Pfall. 98.

20. Polyc. l. 1. tit. 1. Ansel. l. 1. c. 2. Ivo, p. 5. cap. 178. Burch. l. 1. c. 294.

Inter Beatos Apostolos quaedam fuit discretio potestatis: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino concessum est (& ipsi inter se id ipsum voluerunt) ut reliquis omnibus praesesset Apostolis, & Cephas & Petrus, id est caput, & principium teneret apostolatus: qui & eandem formam suis Successoribus, & reliquis Episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in novo Testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit: unde scriptum est: Moses, & Aaron in Sacerdotibus eius, id est, primi inter eos fuerunt, & post pauca. §. 6. Haec vero Apostolica sedes, cardo, & caput (ut praetaxatum est) omnium Ecclesiarum a Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur; sic huius sanctae Sedis auctoritate omnes Ecclesiae (Domino disponente) reguntur.

CORR. ROM. a. Quia. Hinc usque ad verb. Tertiam, addita sunt ex originali: quemadmodum & alia nonnulla. Cephas. In Evangelio Joannis c. 1. Cephas (quae vox Syriaca est) exponitur petros, quod Graece petram significat: idque docet etiam B. Hieronymus in Comm. Epist. ad Galat. c. 2. Neque credendum est ignorasse Anacleto: sed voluisse eam dictionem ad Graecam linguam eo tempore notissimam referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi decima, in nomine Jesus, non modo Hebraicam, sed etiam Graecam illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipsum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus & probatus Autor, quem Hieronymus & Augustinus magni faciunt, libro secundo, eodem modo, quod Anacleto, accepit, his utens verbis: Igitur negare non potes, scire te in urbe

Roma, Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: unde & Cephas appellatus est. Et Iidorus lib. 7. Etym. c. 9. sic de Petro loquitur: Cephas dicitur, eo quod in capite sit constitutus Apostolorum. Capas enim Graece caput dicitur. Verum apud Burchardum & Ivonem sic habetur: us reliquis omnibus praesesset Apostolis Cephas, id est, ut Petrus principatum teneret Apostolatus. Et reliquis. In originali est, & reliquis Apostoli Episcopi.

CONTIUS. * Cephas. Quidam hanc etymologiam ridet, aiuntque Cephas non caput, sed laxum significare: quod is djudicandum relinquo qui Syriacum idioma noverrunt. Syrum enim, non Hebraicum esse vocabulum tradit Hieronymus in Catalogo nominum Hebraeorum, interpretaturque firmatam. Ceterum propter peregrinam linguam ignorantiam, quidam etiam veterum & doctissimorum, inter quos sunt Optatus Afer, Cephas quasi maphas interpretati sunt.

PITH. 1. Servus. V. C. Servus servorum Dei omnibus Episcopis, & reliquis Christi Sacerdotibus. Constituit. V. C. ordinavit. Verō. V. C. ergo.

HAC auctoritate Alexandrina Ecclesia secundum a prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana Synodo Ecclesia Constantinopolitana secundum a sede Apostolica locum accepit. Unde ita constitutum est

15. GRATIAN. c. c. 66.

III. IN EADEM SYNODO, id est Constantinopolitana. c. 5. [An. 381. in Thracia.] Secundum a Romano Pontifice Constantinopolitana obtinet locum.

Constantinopolitane civitatis Episcopum habere oportet Primatum honorem post Romanum Episcopum: propterea quod sit nova Roma.

COE. ROM. Canon hic est is est, quos Apostolica Romana sedes a principio, & longo post tempore non recepit: quod ex Epistola 51. alio 53. Leonis Papae primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & aliis eiusdem Epistolae facile est cuius cognoscere: itemque ex duabus Epistolae Leonis noni, una adversus praesumptiones Michaelis, & Leonis, cap. 28. altera ad eundem Michaelē. Sed multo clarius ex B. Gregorii Epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atque ex Epistola Nicolai primi ad Michaelē Imperatorem, quae incipit, Proposueramus. Quamquam Constantinopolitani Episcopi, Imperatorum potentia freti secundum locum Patriarchalium sedium sibi usurparunt: idque tandem pacis, & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum; sicut in cap. antiqua, de privileg. Innocentii Papa III. declaravit.

16. Ex Prisca versione. Polyc. l. 2. tit. 22.

PITH. 4. Primatus. V. C. Primatus.

IV. Item GREGORIUS Joanni Episcopo Syracusano, lib. 7. Epist. 63. [An. 599. Romā in Sicilia.]

Apostolica Sedi Constantinopolitanam constare esse subiectam.

DE Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet Sedi Apostolicae esse subiectam? quod & D. Piffimus Imperator, & frater noster Euthebius eiusdem civitatis Episcopus assidue protestentur. Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera Ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, ut bona, quae viderit, discere contemnat. IDEM eadem, Epist. 64. Nam, quod Primas Byzancensis Sedi Apostolicae dicit se subijci, si qua culpa in Episcopis invenitur, nec quis ei subiectus non sit: cum vero culpa non existit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sumus.

17. Ansel. l. 2. c. 66.

CORR. ROM. Hoc caput sumptum est ex duabus Epistolae eidem Joanni Episcopo Syracusano scriptis: sed in Epist. 63. ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana Ecclesia: in sequenti vero 64. agitur de Primas Byzancensis Provinciae Africa, non autem Constantinopolitano: quod videntur & Gratianus & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse; adducti fortasse sumula illa, quae praeposita est Epistola Gregorii. Autor quidem Glossae, quod Gratianum putavit sensisse, aperte exprobat.

18. al. ei Episcopus subiectus.

V. Item GELASIVS PAPA I. ad Faustum Magistrum Legationis. [An. 493. Romā Constantinopolim.]

Constantinopolitanus Episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur.

QUIA traditione majorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant? An secundae Sedis Antifites, & tertiae, ceterique bene sibi concilii Sacerdotes depelli debuerunt; & qui Religionis extitit inimicus, depelli non debuit? Videtur ergo, si alios habent Canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti, qui Sacri, qui Ecclesiastici, qui Legitimi celebrantur, Sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Constantinopolitanae civitatis Episcopus, quae utique per Canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perditorum, non debuit submoverti? D iij